S. Joannis Baptæ, SS. Apostolorum Petri, et Pauli, et omnium Sanctorum

Viso Altari, mandavit firmari pedem Crucis, et renovari candelabra ex auricalco, provideri de novis tabellis secretarum, et de tela cerata, et stragula infra tres menses.

De Sac. Suppellectilibus

Mandavit reaptari Planeta diversorum Colorum, Patenam, et Calicem ita suspensum in eadem suspensione reliquit, donec inaurentur.

De Tota Eccla

Mandavit Parietes reincalcinari, et dealbari, apponi Telarium in fenestra cum vitreis specularibus, aut saltem tela cerata, et Crucem ferream visibilem in fronte, et summitate Eccla infra mense sub penis

De Ecclesia S. Michaelis Arcangeli

Unicum habet Altare, in quo erectum est Beneficium simplex cum onere missæ Cantatæ in festo S. Titularis de mense 7bris, cuius Rector est Illmus D. Abbas Fran.cus Tomati de quo supra in Visitne Eccle Ruralis S. Gratiliani, in cuius notæ Bonorum descriptæ sunt commixti etiam bona huius Beneficij P. 3 fol. 331

In eo ulterius erecta est Societas Suffragij aggregata Archicofr. eiusdem

chiconfraternitati eiusdem Tituli de Urbe, cuius Sodales
utuntur uestibus albis cum morretta nigra, recitantque
singulis Dominicis, et festis de precepto Officium
B. Virginis, et semel in mense Officium Defunctorum
una cum Scholaribus Communitatis, nec non incedant pro-
cessionaliter infra octava Defunctorum ad uisitandas
Ecclesiam Colleggiatam S. Augustini, et D. Damiani,
cum exposit. insuper SS.mi Sacramenti per tres dies
continuos post Natiuitatem D.ni, et celebrant Missam
quinque quolibet mense pro Defunctis.

Nihil possidet d. Societas, sed manutenetur ex eleemosinis,
pro cuius augumento B. M. Episcopus Aleotti impertitus
fuit licentiam questuandi semel in hebdomada

Viso Altare, mandauit reaptari Iconem in partibus con-
fractum, et prouideri de tela cerata, et stragula

De Sac. Suppellectilibus

Inuenit sufficienter prouisa

De Tota Eccl.a

Mandauit reaptari Pauimentum, et muniri fenestram Vitreis
specularibus

De Clero

Ill.mus D. conuocauit Capitulum, et Clerum in Sacristia Eccl.ae
Collegiatae pro Visit.e Personali, et omnes singillatim